

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Qvintae Partis Iohan. Eckii In Lvtherum Et Alios. Tomvs ...

Homiliarum de Sanctis. Homiliae V. de speranda uictoria ex Turca, ad
Reuerendissimum Cardinalem Tridentinum, additae

**Eck, Johannes
Luther, Martin**

[Augsburg], 1534

VD16 E 392

In illo tempore [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-62128](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-62128)

IN NOMINE TVO DVLICIS IESV.



In Ferijs S: Andree Apostoli, Euangelium Math. III.

Mat. 1.
Luc. 5.



In illo tempo

re, Ambulans Iesus iuxta mare Galileæ, uidit duos fratres, Simonem qui uocatur Petrus, & Andream fratrē eius, mittentes rete in mare, Erant enim piscatores, Et ait illis, uenite post me, & faciam uos fieri piscatores hominū, At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum.

Mat. 10

Homilia prima.



Quum iam Christi Baptismū, ieiunium & tentationem & quomodo post uincula Ioannis a Nazareth secesserit ille in Capharnaum, & ibidem caperit predicare atq; adnunciare regnū

cælorum, ex ordine descripsisset Mattheus. Euangelium hinc sequitur hodiernum quod Iohan. 1 sic habet. Ambulans Iesus iuxta mare Galileæ uidit duos frēs, frēs ij duo iam antea discipuli fuerunt Ioannis baptistæ, cuius doctrina iā præparati instructioresq; rediti erant ad suscipiendam Christi fidem, Contendit quoq; hic Chrysost. non idem esse quod hoc loco & Ioan. 1. commemoratur idq; ex tempore, loco, personis, ordine etiam & modo uocationis, quib. omnib. maxima arguitur utriusq; facti diuersitas, Atq; ut res hæc magis pateat, docent hic doctores apostolos illos in sacris literis ter a Christo fuisse uocatos. Primum omnium, quū Baptizatus iam erat dominus Iohan. 1, die 6. Ianuarij, non ita multo post stabat Ioānes & ex discipulis eius duo, respiciēs q; Iesum ambulātem dixit, Ecce agnus dei: Et audierunt eū duo discipuli loquētem, sequutiq; sunt Iesum, Quorum alter Andreas extitit. is quum inuenisset fratrē suum Simonem dixit ei, Inuenimus Messiam, quod est interpretatū Christus, Vocatio autem hæc nihil minus quam quod ad apostolatū sit facta, sed ibi tū in cognitionem ipsius uenerūt, siquidem & illum tantum diem remanserunt cum eo, deinceps reuersi in ædes suas. Similiter & secūda uocatio contigit, quando sedente in Petri nauicula domino & prædicante, magnam piscium multitudinem caperūt, relictisq; omnib. sequuti sunt illum, Ea quoq; uocatio ante hanc nostram facta est, & tamen tunc paulo longius remanserunt apud dominū, illumq; partim miraculis cōmoti partim doctrina sequuti sunt, quibus tandem redierint ad sua, iuxta cōmunem doctorum sententiā: Namq; & Theoph. sic ait, q; ubi iam Ioannem uiderunt uinctum reuersi sunt ad piscatoriā, sicq; ueniens Christus piscatus est eos uocans ad apostolatū, non q; hic apostolos constituerit ipsos, sed quia officium apostolatus tātum promisit eis inquiens, Venite post me faciam uos piscatores hominum. Tamen

Iohan. 1.

Luc. 5.

Theoph.

Mat. 4.

A